

100



Nr. 4.

M. GODFREY  
STEINBECK  
GEBRAUCHS



pag. 651; 4.





1  
ECLOGA  
QVA  
VIRO CLARISSIMO  
DOMINO

M. GODOFREDO  
STEINBRECHERO

GYMNASII HIRSCHBERGENSIS RECTORI  
LITERATISSIMO

DOCTORI QVONDAM SVO FIDISSIMO

FILIAE  
OMNIBVS ELEGANTIORIS SEXVS  
DECORIBVS ORNATAE

ANNAE SOPHIAE  
NVPTIAS

VI ID. SEPTEMBRIS AN. MDCCCXVI  
SOLEMNI RITV CELEBRANDAS

FELICISSIMAS ESSE IVBET

CHRISTIANVS TEMMICHIVS  
I. V. D. ACADEMIAE PROTONOTARIVS  
SENATVS AVLICI ATQVE ECCLESIASTICI  
ADVOCATVS ORDINARIVS AC REGIORVM  
TRIBVTORVM PROCVRATOR



78 M355

Ak

pag. 651; 4



quodnam, Daphni, foues, uulnus sub pe-  
ctore? naso

Triste supercilium semper cur infidet  
unco?

*Daph.* Thyrsi, leues animi nil horrida tempora curant,  
Et satis est istis, omni si suppetat hora,  
Quicquid edax cupiat gula, quicquid postulet aluus.

*Thyr.* Est dignus cura qui discrucietur inani,  
Quisquis opes cumulare nimis studet anxius, omni  
Momento numerans numerorum millia, quotque  
Sol dederit capras, quot ouesque, suesque, bouesque,  
Horrea quid teneant Cereris, quot stagnaque pisces,  
Anque graui sat frumentum nunc ueneat aere,  
Atque foro quanti consistent sibi ligna futuro.

*Daph.* His careat, neque enim inuideo, qui nesciat unus,  
Quae miseros hodie, scimus, uexare colonos.  
Heu! quantum expurgant loculos imposta tributa,  
Census, uectigal, tot nomina cognita nulli  
Maiorum? Quid non heu! miles poscit, et uxor,  
Non contenta suo, quem tradit agellus, amictu?  
Heu! quid et infantes, pueri quid, quidque puellae,  
Absumunt nobis, seu uiuant, seu moriantur?  
Quantam non audet gener et sibi poscere dotem?  
Ah quid soluendum est morum, fideique, magistris?  
Quid non extorquent iudex, caussaecque patronus,  
Quando operas Dominus minime generosus ad-  
auget?

2199

Denique quid feruus, quid non ancilla requirit?  
I nunc, ac placida curas tot negligere mente.

*Thyr.* Quo magis indulges istis, animumque fatigas,  
Hoc magis et questus causæ cumulantur acerbi.  
Quin confide DEO, precibusque adiunge labores,  
Suauibus et facili studio superabis amara.

*Daph.* Ipse equidem spero, tandem sic esse futurum,  
Quodque Linus docuit, cantando tempora fallo.

*Thyr.* Qualem, Daphni, Linum memoras? quid nominis  
illud?

*Daph.* Oblitusne Lini, celebris qui carmine pastor,  
Ad laetas Albis ripas pascebat, in aruis  
Torgauiae, cantu nos et recreabat amoeno,  
Ast in Ceruorum claris nunc Montibus omnes,  
Quos solidae multum doctrinae nouit amantes,  
Demulcet? *Thyr.* memini, memini, sic Panque, Ce-  
resque,

Usque mihi faueant, illum uidique sequentes,  
Vndique cum rigidas ornos, tum grandia saxa.  
Fallor, an aetati DEVS et dedit Orpheæ nostrae.  
Daphni, sed an nosti, quid agat rerum optumus  
ille

Vir cum gente sua, felix uiuitne, ualetque?

*Daph.* Viuit, Thyrsi, ualetque, sacras ac praeparat almae  
Natae iam tedas laetus, laetumque Hymenaeum.

*Thyr.* Illum sed natam tum non habuisse, recordor,  
Vndis Castalidum cum nobis ora rigaret.

*Daph.* Phillis eo paulum post nata est fidere fausto,

Cygnis candidior, uiolis formosior albis,  
Quae, Matri similis, par et uirtute Parenti,  
In se tot facilis pastorum lumina uertit,  
In coelo stellae quot sunt, et in aequiore pisces.

*Thyr.* Ergo cui iuuenum tantum fauet unxia Iuno,  
Hanc ut coniugio stabili coniunxerit illi?

*Daph.* Est istis pastor diues, Meliboeus, in oris,  
Caelitibus cunctis quo non acceptior alter,  
Mercurius quem multus amat, multusque tuetur,  
Olli pulchra fuit Phillis seruata marito.

*Thyr.* O felix Virgo, tali quae nata Parente,  
O felix Virgo, tañ quae Coniuge gaudes,  
O felix iuuenis, reputatus Phillide dignus,  
O felix iuuenis, socero charissimus illi!

*Daph.* Tollite Naiades uoces, ac plaudite nuptis!

*Thyr.* Omnis Hymen Hymenaeae uocet, ferat ille uocan-  
tem,

Propitiusque adsit sponsis, bene cunctaque uortat!

*Daph.* Necminus arguto bene uortat cuncta Parenti,

*Thyr.* Talia plura Lino seruentur gaudia uitae,  
Vt felix uiuat semper, ualeatque, precamur.

---

VITEMBERGAE

LITERIS VIDVAE GERDESIANAE.



27. Nov. 1981  
-9. Aug. 1982

78 M 355 (1)


ULB Halle 3  
002 188 791



TA 50L

VD17







1

ECLOGA

QVA

VIRO CLARISSIMO

DOMINO

M. GODOFREDO  
STEINBRECHERO

GYMNASII HIRSCHBERGENSIS RECTORI  
LITERATISSIMO

DOCTORI QVONDAM SVO FIDISSIMO

FILIAE

OMNIBVS ELEGANTIORIS SEXVS  
DECORIBVS ORNATAE

ANNAE SOPHIAE  
NVPTIAS

VI ID. SEPTEMBRIS AN. MDCCCXVI

SOLEMNI RITV CELEBRANDAS

FELICISSIMAS ESSE IVBET

CHRISTIANVS TEMMICHIVS  
I. V. D. ACADEMIAE PROTONOTARIVS  
SENATVS AVLICI ATQVE ECCLESIASTICI  
ADVOCATVS ORDINARIVS AC REGIORVM  
TRIBVTORVM PROCVRATOR



78M355

AK

pag. 651, 4

